

mittet, sed iram iudicij a nostra (justorum) hic correptione incipit, ut in reprobatione damnatorum tanquam in fine motus conquestat : si igitur tapis moveatur per aeren, sed in terra quasi in centro conquestat. Fusa et exacte hanc sententiam explicat i Petr. iv, 18; quare hic ea non repeatam, ne actum agam. Porro Lyranus per exempla sic eam explicat: « Si Martyres, inquit, tanta patiuntur inusto, quanta tormenta manent

corum tortores? Si Job, Tobias et alii Dei electi tanta in hac vita passi sunt, quid miramur si nos longe inferiores aliqua afflictio tangat? etsi enim impi non sumus, certe si nos peccatores negamus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est, » i Joan. I. Huc facit illud Canonis :

Quod merito pateris, patienter ferre memento :  
Cumque reus tibi sis, ipsam te judice dama.

## CAPUT DUODECIMUM.

### SYNOPSIS CAPITIS.

*More suo proponit antithesis diligenter disciplinam et eam odientis, impiorum et justi, operantis et otiosi, stultorum sapientis, cervicos et mendacis, fidelium et fraudulentium: sepius vero inculcat bona et mala lingue, puta a vers. 13 usque ad 20, et a vers. 22 usque ad 24.*

1. Qui diligit disciplinam, diligit scientiam: qui autem odit increpationes, insipientis est. 2. Qui bonus est, haeritet gratiam a Domino: qui autem confidit in cogitationibus suis, impie agit. 3. Non roborabit homo ex impietate: et radix justorum non commovebitur. 4. Mulier diligens, corona est viro suo: et putredo in ossibus ejus, que confusione res dignas gerit. 5. Cogitationes justorum iudicia: et consilia impiorum fraudulentia. 6. Verba impiorum insidiantur sanguini: os justorum liberabit eos. 7. Verte impios, et non erunt: dominus autem justorum permanebit. 8. Doctrina sua noscetur vir: qui autem vanus et excors est, patchet contemptui. 9. Melior est pauper et sufficiens sibi, quam gloriosus et indigenz pane. 10. Novit justus jumentorum suorum animas: visceria autem impiorum crudelia. 11. Qui operatur terram suam, satiabitur panibus: qui autem sectatur olim, stultissimus est. Qui suavis est in vini demotionibus, in suis munitionibus relinquat contumeliam. 12. Desiderium impiorum monumentum est pessimum: radix autem justorum proficit. 13. Propter peccata labiorum ruina proximat malo: effugiet autem justus de angustia. 14. De fructu oris sui unusquisque replebitur bonis, et iuxta opera manuum suarum retribuetur ei. 15. Via stulti recta in oculis ejus: qui autem sapiens est, audit consilia. 16. Fatuus statim indicat iram suam: qui autem dissimulat injuriam, callidus est. 17. Qui quod novit loquitur, index iustitiae est: qui autem mentitur, testis est fraudulentus. 18. Est qui promittit, et quasi gladio pungit conscientiae: lingua autem sapientium sanitatis est. 19. Labium veritatis firmum erit in perpetuum: qui autem testis est repentinus, concinnat linguam mendaci. 20. Dolus in corde cogitantium mala: qui autem pacis inuenit consilia, sequitur eos gaudium. 21. Non contristabit justum quidquid ei accederit, impiorum autem replebuntur mala. 22. Abominatio est domino labia mendacia: qui autem fidelier agnoscit, placet ei. 23. Homo versus celat scientiam: et cor insipientium provocat stultitiam. 24. Manus fortium dominabitur: quae autem remissa est, tributis serviet. 25. Mox in corde viri humiliabit illum, et sermone bono laetificabitur. 26. Qui negligit damnum propter amicum, justus est: iter autem impiorum decipiet eos. 27. Non inveniet fraudulentum lucrum: et substantia hominis erit auri pretium. 28. In semita iustitiae, vita: iter autem devium ducit ad mortem.

1. QUI DILIGIT DISCIPLINAM, DILIGIT SCIENTIAM  
(Sophiaginta, sensum): QUI AUTEM ODIT INCREPATIONES, INSPIENS EST. — Arabicus, qui amat disciplinam, amat bonitatem, vel beneficium. Pro discipli-

nam hebreica est מושר musar, id est castigatum, correptionem, incepitionem. Unde Tigrina, qui diligit castigatum, diligit scientiam: qui vero castigatum est, obnubescit, id est fit basius et brutus: hoc enim est hebreus בוש baww. Per scientiam intellige practicam, puta morum conformatiōnē, honestatē et virtutē.

Sensus ergo est: qui amans est discipline, ac, cum ab officio et a recta aberrat, sinit se corrigit, libenter animo correptionem expicit, hic utique amat scientiam modum, puta honestatē et virtutē, ac prouide vere sapit, vere philosophus, id est amator sapientiae est; qui autem odit incepitionem, nec, cum male agit, patitur se corripere, hic utique insipientis est, idque primo, qui ostendit suum superbiam et arrogantiā, qui putat se plus exteris sapere, ille quo sit vita et defectus stolidus et superbus defendit. Secundo, qui in errore et vitio perambinatur persistit, nisi instruit et corrigi vult; ideoque incorrigibilis et inemendabilius est. Tertium causam mox subiectam ex Antiochō. Quara sicut ager desipit, qui aegritudinem non agnoscat, nec ei cauterium aut pharmaca acris admoveri patitur, itaque in aegritudine manet et moritur; et sicut a via aberrans desipit, si nolit in rectam viam reduci; et sicut discipulus veritate declinans desipit, si nolit a magistro emendari et instrui: sic prorsus desipit, qui a virtute et via salutis aberrans non vult corrigi, instrui, dirigi, et in viam virtutis et salutis reponi. Ita S. Chrysostomus, tom. III, hom. De fornicis reprehens. : « Qui, ait, odit reprehensiones, ait Salomon, insipientis est. Non dixit sic vel sic redargui, sed tantum redargui; nam si quidem juste agunt amicos, agit ut peccatum corrigit: sin absque ratione et immerto, jam laudanda est voluntas ejus, et probanda intentio mentis, agnoscendumque et testandam amicitiae beneficium. Non enim reprehenderet, nisi multum diligenter. Proinde ne stomachemur, nec successus, cum arguirum. » Causam subdit: « In peccatis, ait, id efficient reprehensiones, quod in vulneribus remedia. Ideo sicut insipientis est qui pharmaca rejicit, ita et stultus est, qui non grato animo suscipit reprehensiones. » Addit simile ex sole: « Quid lucidus sole? Et tamen lux ejus deficit. Et profecto sicut lucidum illam lucem et numero supervenientes tenebrae obtengunt, ita et intellectum nostrum quasi in meridie fulgentem et perspicuum inconsiderantia obrepens tenebrosus reddit; et nonnunquam evenit ut sapiens non videat quod oportet, et minor et hebetior clare et acute illud perspiciat. » Unde concludit S. Chrysostomus: « Correptionem bene ferre, non vulgaris, sed summa philosophie praeconum et lans est. » Sic quoque explicat Antiochus, homil. 68: « Homo, ait, si quidem de se quam modestissime sentit, seque pro abjecto habet et vili, multa cum animi voluptate et benevolentia exoptat, que in se residunt correptiones,

aut quamlibet asperam objugationem. Beatus monachus, qui se aliud esse censem nihil quam omnium percipema. » Peripsema, inquit Scholastæ, est ramentum et literatura, quæ scilicet monachus omnium iudiciorum et censuris quasi limis se corrigendum, radendum in humilitate omnique virtute expoliendum subjicit. Probat id Antiochus: « Qui odit increpationes insipientis est, quia ei impendet non simplex tribulatio; qui autem diligit eas, liquet hunc iam nulli pereculi animi perturbatione, sed sedato est animo. Quis igitur profuerit benigne eos excipere, qui nos suis exercit sanuis et solemnitibus, quamlibet amarulenis, pre illis qui nos adornant suis commentariis laudibus, qui iuxta Scripturam vix differunt ab eo qui maledicit! »

Insuper S. Augustinus scriptis librum *De Corruptione et Gratia*, in quo objecitibus Pelagianis neminem debere corripi, quod corrigitur villa sit opus gratie Dei, non liberi arbitrii et humanorum virium, ut facebat S. Augustinus et Orthodoxi, respondet cap. v: « Quicumque corripi non vis, ex eo same corripundis es, quia corripi non vis. Non vis enim tua tibi vita demonstrari: non vis ut feriantur, fiatque tibi utilis dolor, quo medium queras: non vis tibi ipsa ostendit, ut, cum deformem te vides, reformatorem desideres, eique supplices ne in illa remaneas fodiatur. » Et post pauca: « Dolor quippe ille quo sibi displaceat, quando sentit correptionis acutum, excitat eum in majoris orationis affectum, ut Deo misereatur, incremento caritatis adjutus, designat agere pudenda et dolenda, et agat laudanda et gratanda. »

His addit apophthegmata S. Augustini, lib. De Corruptione: « Melius est a justo misericorditer corripi quam fallaciter laudari. » Ita ipse in Psal. cxi. « Nemo corripitur et instruitur sine labore et dolore, quia virtus in infinitate perficitur, » in Psal. lxxxix. « Correptio ad emendationem pertinet, redargutus furoris, id est accusatio, ad damnacionem, » in Psalm. vi. « quem non corrigit verba, corrigit experimenta, » serm. 50 De Tempore. « Non corrigitur nisi dono Dei, » homil. 2 inter 50. « Veritas etiam per iniquos corripit peccatores, » ibid. hom. 3. Huc facit proverbiū Sixti Philosophi, num. 237: « Qui sapienti non obtemperat, nec Deo obtemperabit. »

2. QUI BONUS EST, HAERET GRATIAM (Hebreica רשות raison, id est benevolentiam, favorem, gratiam) A DOMINO: QUI AUTEM CONFIDIT IN COGITO-  
NIBUS SVIS, IMPIE AGIT. — Hebreica est יתיר  
תירsea, quod, cum sit in hiphil, significat primo, valde impie agere, ut patet Daniel. ix, 5, et cap. xi, vers. 10. Secundo, significat impletatis reuictis agere et condemnare. Unde Paginus verit, et mas habent cogitationes condemnabiles; et Tigrina, celestis impietatis condemnabiles.

Igitur sensus generalis et adequatus est, q. a. Vir bonus, qui bonitati et bonis actionibus, qui

bus Deo placeat, assidue intendit, hic hauriet a Deo graiam, ut de bono in melius proficiat, iuxta illud : « Ibunt de virtute in virtutem; videbitur Deus deorum in Sion, » Psal. LXXXII, 8. « Qui autem confidit in cogitationibus, » Hebreice, vir cogitationum, vel machinationum et imaginacionum, qui scilicet suas imaginaciones sequitur, iesque totus immititur, non D<sup>e</sup>o Deique voluntati et legi; hic assidue impie aget, ac quotidie de una impietate progradientur ad aliam, de minore ad maiorem, donec culmen impietatis concendet, flatque totus impius, indeoque cum Lucifer in Theate : « Deo nihil est similius, quam cum ex hominibus aliquis justissimus est. In hoc nimis et verae hominis prestantia et facultas versatur, et quantum inde homo abscedit, <sup>Glossa platonica</sup> et ἀνθρώπια, id est nullitas, et hujusmodi quedam ignavia sive imbecillitas, ut homini non amittat, sane existit. » Et rursus : « Philosophia et vera sapientia est animi redditus et tenebrosa ista vita, que potius nox quam dies appellanda est, ad veram illam entis lucem. » Et illa Pindari in Isthmico, odo 6 : « Si quis delectatus labore exercet a Deo struens virtutes, similis Deo illi amabilis gloriam serit, jam ad ultimos felicitatis fines appellens anchoram jecit, divinitus honoratus existens. » Et illud Sixti non Pontificis, ut voluit Ruffinus, sed Philosophi Pythagorici, num. 4 : « Fidelis homo, electus homo est; electus homo, homo Dei est; homo Dei est, qui Deo dignus est; Deo dignus est, qui nihil indignatur. »

Porro, bonus hic quilibet justus intelligitur, sed presentim humilis, inquit Beda et Ilugo, qui humiliiter disciplinam et corruptionem, de qua prescessit, exceptit: hic enim directe opponitur superbo, qui in suis cogitationibus confidens disciplinam respuit, Humilis enim sua humili submissione, qua se instruunt et corripiunt subjicit, meretur insignem a Deo gratiam, qua tum vitium de quo corrumpit efficiatur corrigit, tum se in virtute opposita certeiusque valde promovet. Unde Antiochus, hom. 68 jam citata : « Vir humilis, at incredibili letitia perfundit tactus super corruptionem privata et contemptu, magis quam pro exhibitu honore, et proprii celebritate nominis; unde et talis a Deo predicatorum beatus, iuxta Isaia testimonium : Sanctificare eum qui extenuat animam suam; qui autem odit corruptiones, imprudens. » Sic autem odit corruptiones, et priorem et copiosiorem haurit, quo major est puto profunditus, ex quo haurit; sic et iustus eo majorem et copiosiorem Dei gratiam proicit, quo major est animi ejus humilitas et demissio: ex hac enim velut a puto haurienda est aqua vite, puta Dei gratia.

Denique Septuaginta habent, *melior* (minus recte Complutenses legunt, *melius*) qui inventi gratiam a Domino; vir autem iniquus tacebitur. Quae sententia obscura est et huius; unde eam plenius et clarius sic effert *Catena Graeca*: « Melior vel prestantior est, qui gratiam inventit apud Dominum, quam qui honoratur apud homines; vir autem iniquus legisque prevaricator silentio obreveratur. » Etenim, ut ibidem ait Didymus, compieruntur quidam boni, bonisque actionibus in-

tenti, soli Deo noti. Hos autem illis preferit, qui apud homines honorantur, magnique fiunt. Qui enim apud homines commendantur, se penitentem ejusmodi laudem et commendationem in superbiam vertunt: at qui soli Deo cogniti probantur, illi virtutem usque ad finem incontaminatam conservant; nec injuria. Verum apud homines iniquos et improbos nihil ejusmodi locum habet: quando quidem apud illos omnia sunt perversa et distorta. »

Huic sententia Salomonis parallela est illa Platonis in Theate : « Deo nihil est similius, quam cum ex hominibus aliquis justissimus est. In hoc nimis et verae hominis prestantia et facultas versatur, et quantum inde homo abscedit, <sup>Glossa platonica</sup> et ἀνθρώπια, id est nullitas, et hujusmodi quedam ignavia sive imbecillitas, ut homini non amittat, sane existit. » Et rursus : « Philosophia et vera sapientia est animi redditus et tenebrosa ista vita, que potius nox quam dies appellanda est, ad veram illam entis lucem. » Et illa Pindari in Isthmico, odo 6 : « Si quis delectatus labore exercet a Deo struens virtutes, similis Deo illi amabilis gloriam serit, jam ad ultimos felicitatis fines appellens anchoram jecit, divinitus honoratus existens. » Et illud Sixti non Pontificis, ut voluit Ruffinus, sed Philosophi Pythagorici, num. 4 : « Fidelis homo, electus homo est; electus homo, homo Dei est; homo Dei est, qui Deo dignus est; Deo dignus est, qui nihil indignatur. »

Moraliter, ex hoc versus et precedentibus discimus quae fideles virtutis studiosi, praesertim Religiosi, debent faciles esse in admittenda disciplina, corruptiones, objuraciones et castigationes, immo eam amare, desiderare et ambere. Hoc enim est scala ad vita emendationem, ad humilitatem, ad patientiam, omnemque virtutem et perfectionem. Quocirca Antiochus Abbas Laure S. Sabae, qui ante mille annos floruit eo tempore, quo Heraclius Imperator sanctam Crucem reportavit Hierosolymam sub annum Domini 614, Antiochus, inquam, homil. 68 jam citata : « Sane, ait, quam eum par est magnum censeri et admirabilum qui, cum increparat acrius, et ignominia non leviter aspergitur, perfect tamen; quemadmodum honesta illi Chananitis, magnique meriti, qui quidem simul atque a Domino audisset: Non est bonum sumere panem filiorum, et mittere catellis; non modo indignata non est, sed ex diverso scipsum extenuans respondit: Imo, Domine; etenim catelli edunt de bucculis, que cadunt de mensa dominorum suorum. Hoc responso in admiratione tanto istius et humilitatis et fidei se surridentes Dominus, dixi: O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. » B. Isaias Abbas, orat. 8, inter alia aphorismata hoc habet: « Si quis reprehendit te propter rem aliquam quam fecisti, vel non fecisti, si taces, Jesu te similem praebes; sin respondeas: Quid, iniquus, feci? non am-

plus ei similis es. At si parsi refers, es omnino dissimilis. » B. Dorotheus, *doctrine* 21, doctet efflux remedium adversus quelibet peccata esse patientiam corruptionis.

Verum prae aliis subtiliter et divine hoc argumentum tractat Joannes Climachus, gradu 4. *De obedientia*. Accipe panca e multis: « Sicut crudelis est, sit, ex ore famelici infantis manibus panem rapere, ita et seipsum et operarium ledit, qui animas suscipit regendas, nisi illi coronas quantas illum sustinere posse novit, horis singulis rovidere satagat, sive per contumelias, sive per gnomias, sive per afflictiones, sive per ludibriaria enim maxime cavaenda committit: *Primum*, pro ipse incerationis mercede privatur; *secundum*, quod alii ex alterius virtute prodesse posset, id agere omisit. *Tertium* vero est, quod est gravissimum, quod si nonnunquam qui videntur esse probarbitur, et laboris patientissimi, si ad tempus negligantur, atque iam ut virtutibus præstat non corripiantur, sive probris atque injuriis non afficiantur, ea quae in eius in ratione modestia tolerantur desistuntur. Nam etsi bona et frugifera pinguisque terra est, consuevit tamen aqua, id est ignominiae, defectus ille infrastructus ac sylvestrem efficere, spinas fornicationis et noxiæ securitatis in ea germinare. »

Affert deinde inter alia exemplum Abbacryi, quem quotidie ab omnibus corripit et probris exagitari videns, interrogavit: « Quid est, ait, frater Abbacrye, quod te quotidie a mensa expelli video, ac non unquam dormire incusat? Qui ad hanc respondit: Credo mihi, pater, probant me patres mei, utrum monachus esse cupiam; non autem vere id faciunt; quam ego patris alhorumque intentionem non ignorans, levissime ac sine sine molesta omnia tolero. Et ecce 15 annum ego istud cogitans, sicut ipsi, quando monasterium intravi, dixerunt mihi, quod usque ad 30 annum renoniantes probare solent. Et recte quidem, pater Joannes, sine probatione enim aurum non perfiditur. Hic igitur egregius Abbacryus, secundo anno postquam advenerant, migravit ad Dominum in monasterio hoc, patribus, eum deficerat, dicens: Gratias ago Domino et vobis, patres, quod me ad salutem meam tentasti jugiter; hac enim ex causa immuni a tentatione demonum haec tensi. » Unde hortando concludit: « Affige in anima ligno (quam crucem dicimus) incedum, videbiet menteum, ut per alterius malleorum ictus et crepitu percussa ludibris et maledictis irrisionebus laessita, injurii affecta, infra a, et in nullo lessa seu dissoluta perseverans, tota lenis et plana, immobiliisque persistat. Exue te voluntatis tuis, ut confusionis amictu; atque his onus stadium pietatis ingredere; irrisione horis singulis ut aquam vim bibe. » Et pluribus interjectis subdit auroe hoc aphorismata rem obsignans: « I qui ad

placeidissimam animi quietem atque ad Deum currit, die omni qua maledicta non sustinet, ingens detractionum se sustinuisse arbitrat. »

3. NON ROBORABIT HOMO EX IMPLETATE, ET RADIX JUSTORUM NON COMMOTERET. — Pro non roboretur hebreæ est, בְּנֵי יִשְׂרָאֵל lo ticon, id est non dirigitur, ut habeat Septuaginta Complutenses, et Chaldei item, non formabitur, non stabilitur, Ita Aquila et Symmachus; Septuaginta Romana, non prosperabit homo ex iniquis; radices autem justorum non auferentur; Tigurina, nemo cum impunita furmis erit; radix autem justorum non movebitur; Valabius, homo impius non perdurabit, sed cito peribit.

Sensus generalis et adequatus est, q. d. Impietas non prosperat, nec stabilem facit impium, sed potius efficit ut in adversa multa incidat, evenatur, et evallatur: at vero justitia et probitas justos prosperat, stabilit et firmat, ut videantur instar arboris, quae firmas in terra egit radices, ideoque nulla ventorum vi evelli, aut loco moveri potest.

Jam sub hoc generali sensu ad particulares descendere licet. Unde primo, Baynus haec adaptat ad heredes et filios, q. d. Impius paucos, vel nullos, relinquit heredes et posteros, eosque miseris et infelices, qui proxime eius domum et familiam propagare et exaltare nequeant: at vero justus instar arboris bene radicatae, ideoque multos ex se ramos spargentes, numerosas, felicem et splendidae prefigunt sobolem; per quam suam familiam propagabit, copiosamque et splendidiam efficit. Sie et Aben-Ezra: « Radix, ait, est symbolum posteritatis quam justi, cum vita defunctorum, post se relinquunt. »

Secundo, noster Salazar haec more suo aretat ad divitias, q. d. Ex impietate, id est ex opibus iniuste partis, nemo roboratur, hoc est, nemo robustam, firmam et stabilem fortunam inde adipiscitur. Nam cum male parte male dilabuntur, cum his pariter fortuna hominis habitur et ruit: « Radix autem justorum proficit, » q. d. Facultas justorum, id est juste parte, tanquam arbor quae altiores egit radices, nulla vi evellentur, vel auferentur, stabiles erunt et immotus. Audi S. Chrysostomum, hom. 2 in epist. ad Ephes.: « Si vis filii tradere divitias, posside justas, si ulla sint tales; haec enim manent, stantque firmes et stabiles: que autem non sunt ejusmodi, cito perirent et interirent. »

Tertio, Lyranus: Radix justorum, inquit, est eorum stabilitas in virtute et honore: unde David fuit stabilis in regno pro se et pro sua posteritate.

Quarto, alii haec referunt ad actiones: has enim injustis prosperat Deus; in impiis vero infausta reddit. Ita auctor *Catena Graeca*: « Quanquam, ait, justus et medio aheat, et moriar, altam radix ejus manet firma. Nec ea tantum, sed bona quoque laudabilesque actiones sanaque consilia,

que inde prodierant, etc. Siquidem praeter alia  
hoc justis adhuc residuaria est, quod denovo ad  
vitam aliquando reddituri sunt. »

Tropologicie, radix justi est justitia, gratia et  
charitas, que nuncquam excedet, cum cetera om-  
nia, etiam scientia et propheta, peritura sint,  
*1 Corinth. xiii. 8.* Gratia enim est radix et semen  
gloriae: sicut enim ex radice pullulat arbor, sic  
ex gratia et charitate progignitur gloria eterna.  
Unde Apostolus, *Ephes. iii. 17:* « In charitate radici-  
atis et fundati, ut possitis comprehendere cum  
omnibus Sanctis que sit latitudo, et longitudo,  
et sublimitas, et profundum. »

Allegorice, radix justorum est Deus et Christus:  
quaenam enim justi in Deo et cruce Christi, quasi ar-  
bore vitali et immobili, radianti sunt, hinc nulla  
tentatione vel tribulatione concutitur aut com-  
movetur, dicuntque cum S. Paulus: « Quis, nos  
separabit a charitate Christi? Tribulatio, an angus-  
tia, an famae, etc. Certus sum quia neque mors,  
neque vita, neque angelii, neque principatus, ne-  
que virtutes, neque altitudine, neque fortitudine,  
neque profundum, neque creatura alia poterit  
nos separare a charitate Dei, que est in Christo  
Iesu Domino nostro. » Hinc Christus vocatur « ra-  
dix David, » Apoc. v. 3, et cap. xxii. 16, ac « radix  
Jesse, » Isaiae xi. 1.

Anagogice, radix justorum est eternitas: se-  
tantur enim bona eterna, in hisque mentem spe-  
cum omnes defugit; quoicunque nullis temporali-  
bus bonis vel malis, utpote caduci et evanidis,  
commoventur. Impii vero, qui sectantur bona  
presentia, cum illis transiunt et evanescent: quare  
firmi et stabiles esse nequeunt. Unde S. Chrysostomus,  
hom. 2 in Genes. : « Tale quidam, ait,  
sunt divites, tali quidam universa hujus vite  
prosperitas, nihil firmum habens, nihil subsistens,  
nihil fixum, nihil radicatum; sed magis quam flu-  
minum fluentia pratecurrit. Atque spiritualia non  
sunt talia; sunt enim firma, immobilia, viessim-  
dinem non accipientia, sed omne sacrum se  
extendunt. Quanta ergo sit inscitie nutantia cum  
immaterialibus communetur? »

4. MULIER DILIGENS CORONA EST VIRO SUO: ET  
PUTREDO IN OSSIBUS EJUS, QUE CONFUSIONE RES DIG-  
NAS GERIT. — Hebreas, que pudicac: Tigrurina,  
mulier pudicac (Vatablus, dedecosa) est ce-  
tabes in ossibus ejus. Hunc simile est illud Sixti  
non Pontificis, ut voluit Ruffinus, sed Philosophi,  
in Proverbis sive Sententiis, que habentur in  
Biblioth. SS. Patrum, num. 228: « Mulier pudica  
est viri gloria; reverentiam habens uxori, habe-  
bis eam reverenter. »

Aliqui ad diligens accipiunt ut participium  
verbis diligere, ac interpretantur, amans maritum;  
sed perferam: nam hebraice est לְמִתְנַחֵת אֶשְׁתָּךְ, id est strenua, sedula,  
virilis, que strenue filios et familiam regit, con-  
tinet, promovet; ideoque marito non tantum est  
fida, pudica et casta, sed et laborum dolorumque

eius omnium socia, solamen et remedium: cu-  
jus proinde dotes heroicæ describit toto cap. xxxi.  
Unde Theodoreus verit, mulier fortitudinis: Sym-  
machus, abundantia; Septuaginta, mulier fortis;  
Chaldeus, honesta; Syrus, virilis; Tigurina, vir-  
tutibus preedita; Aben-Ezra: « Mulier, que divi-  
tias congerit, est mariti corona, quia illius opera  
in pretio habetur et honoratur; sicut diadema re-  
gum caput exterius verendum reddit. »

Hec viro suo est corona, id est instar corone  
eum ornat, letificat, tegit, roboret, sanctificat, vi-  
gore, gaudio, omnique bono afficit et replet. Coro-  
na enim symbolum est perfectionis et eumuli,  
nihilque notat nisi perfectum et suu numeris ab-  
solutum, ut alibi dixi. Rursum corona dicatur id  
quod decorum et gloriosum est. Aliud ad corona-  
nuptiale, quia sponsus et sponsa coronari  
solent in signum amoris et concordia, gratia-  
tionis et gaudii nuptialis, ut docet Carolus Pas-  
chalius, lib. II de Coronis, cap. xvii et xviii, et  
Alexander ab Alexandre, lib. II Genit. cap. v.  
Unde Claudianus in nuptiis Honorii Imperatoris  
ita canit:

To festis Hymenæ faces, tu gratia Iores  
Elige, tu genitius concordia nocte coronas.

Rursum corona haec symbolum erat victoria,  
quod scilicet conjugis conjugo vicissent scorto-  
dum, adulterum, procos et marchos, omnemque  
vagam et pidendum libidinem. Ita S. Chrysostomus, hom. 9 in 1 ad Corinth. in morali: « Tu-  
circo, ait, corona imponuntur capitui, ut Victoria  
signa sint, quod scilicet antea libidini fuerint im-  
penetrabilis. Ita demum cubiculum ingrediuntur,  
qua scilicet a voluptate supererau non sunt. Quo-  
que si libidine superatus quisquam seipsum scortis  
addixerit, cuius jam rei gratia coronatus incedat,  
tam qui fide libidini colla subdidit? » Terzo,  
cadem signum erat laboris et strenuitatis. Unde  
moris fuit olim, ut nova nuptia januam viri lana  
coraret, quasi que sedula in lanicio futura  
lineis lancis paucis virum et filos esset amie-  
tia, iuxta illud cap. xxxi. vers. 13: « Quiesvit la-  
nam et linum, et operata est consilio manuum sua-  
rum. » Et vers. 21: « Non timebit domini sue a  
frigoribus nivis; omnes enim domus eius vesti-  
tunt simili duplicibus. » Quartu, corona haec sym-  
bolum est regni: maritus enim est quasi rex,  
cujus regnum est uxor et familia. Unde S. Chrysostomus,  
hom. in Psalm. iv: « Quoniam, inquit, Da-  
vid mulierem (Bethsabee uxorem Uriæ), quae in  
viri potestate erat, tanguam alienum regnum occu-  
peraverat (cullibet enim viro regnum est propria  
conjugi; et non sic rex purum et diademata ut  
vir uxorem suam diligat), propterea qui ex uxore  
ei natus erat filius, insurrexit tyrannus volens  
abripere regnum patris: vi rapuit ipse regnum  
alienum, et vim passus est circa proprium; et  
qui clercum peccaverat, de eo triumphus pa-  
lam actus est. » Quinto, corona haec symbolum

et integratis, virtus et perfectionis, juxta illud  
*Isaiae lxii, 10:* « Induit me vestimentis salutis, et  
indumento justitiae circumdedi me, quasi sponsa  
sum decoratum corona, et quasi sponsam orna-  
tam monilibus suis. » *Sexto*, corona haec symbo-  
lum est filiorum multorum et insignium, quo  
virilis parit et educat marito. Hi enim sunt  
corona, id est deus et gloria parentum, qui eos  
et in mensa et foris stipant, et circumduant instar  
coronæ. Unde Apostolus, *I ad Thessal. cap. v, vers.*  
19: « Quis enim, inquit, nostra spes, aut gau-  
dium, aut corona glorie? nonne vos, » etc. Et  
illud *Psalm. cxlvii, 3:* « Filii tui sicut novelle oli-  
varum in circuitu mensa tuae, » q. d. Deo tibi  
benedicte, tecum Deo cooperante, ex uxore multo-  
ris insignes procerabitis, et in omni virtute educan-  
tibus filios, qui proinde quasi corona te cingent et  
ornabunt.

Mystice, mulier diligens et strenua est Ecclesia,  
et qualibet anima sancta, quae Christum possum  
decorat et delectat quasi corona, iuxta illud

*Cantic. iii, 11:* « Egredimini, et videte, filii Sion,  
regem Salomonem in diademe, quo coronavit  
illum mater sua in die desponsationis illius, et  
in die letitiae cordis ejus, » puta in die incarnationis,  
quo Christus carnem nostram sibi despon-  
dit, et in eis ceteros homines fideles et sanctos,  
uti explicat S. Athanasius, S. Ambrosius, S. Gre-  
gorius, S. Bernardus, Cassiodorus, Philo Car-  
pathius et ali ibidem. Et Isaiae, cap. lxii, 3: « Eris  
aut, corona glorie in manu Domini, et diadema  
regni in manu Dei tui. » Porro in incarnatione cor-  
ona Christi fuit caro et humanitas assumpta: hec enim Verbum ciebat et coronavit; in passione  
vere corona Christi fuit spina, per quam meruit  
ad ipsi in celis roseam et gemmam. Atque spina  
nam in hac vita communicat suis electis, uti  
communicavit realiter S. Catharina Senensis. Spi-  
nea enim corona Christus se exhibet regem pa-  
cientium, afflictorum et tribulatorum, eosque  
precedit quasi antesignans, ut per spinas, do-  
lores et crutes suis deducat in immarcescibilis  
gloria coronam. « Pudeat, inquit S. Bernardus,  
serm. 5 in festo omnium Sanctorum, sub spinis  
capite membrum fieri delicatum. » Turpe cense-  
bant primi Christiani coronari floribus ritu Gen-  
tilium, quod Christus spinis coronatus fuisset, ne  
Christo illudere et insultare viderentur. Unde Cle-  
mens Alexandrinus, lib. II Pedag. cap. viii: « A  
ratione, ait, alienum est, ut qui audierimus Domini  
fuisse spinis coronatum, ipsi venerabilis Domini  
passioni per ludum insultantes, habeamus  
capita redimita doribus. » Idem docet Tertullianus,  
lib. De Corona militis. Addit. S. Athanasius,  
Christianum coronatum fuisse spinis, ut omnes nos-  
trorum sollicitudinum et angorum spinas in se  
suscipiant, nos sua securitate et letitia dona-  
ret, quoque patrocinio protegeret et coronaret.  
Unde tract. De Passione et Cruce, sic ait: « Christus  
spineam coronam gestavit, ut vite nostra

curas (quasi spinas in se suscipiens) aboleret. »

Mystice, S. Thomas, serm. De S. Cecilia, hoc the-  
ma sermonis proponit: « Mulier diligens corona  
est viro suo. » Fuit enim, inquit, S. Cecilia dilig-  
gens quintupliciter: *primo*, in carnis maceratione;  
*secundo*, in Dei dilectione; *tertio*, in devota ora-  
tione; *quarto*, in elemosynarum largitione; *quinto*,  
in aliorum conversione. Eadem fuit corona viro  
suo, quia eundem ad Christum et ad castitatem  
convertit: unde cum eo meruit ab angelo corona  
libitorum donari. Eadem corona gemmea est viro  
suo in vita eterna. Idem S. Thomas in *1 Corinth.*  
vii, lect. 2, hisce novem coronis S. Ceciliam con-  
decorat: *primo*, sapientia in parte rationali; *se-  
condo*, munditia in parte concupiscenti; *tertio*,  
constantia in parte frasibili; *quarto*, modestia  
contra multiloquium; *quinto*, veritate contra men-  
dicacum; *sexta*, discretione contra stultiloquium;  
*septima*, sanctimonia in facto; *octavo*, verecunda  
in signo; *nono*, gratia in conversando.

Porro auctor *Catena Graec.* per mulierem virtutis  
mystice accipit virtutem; per rem confusione dig-  
nam, vitium et malitiam: *Sensus est*, ait, sicut  
virtus mentem exornat, ita malitia eamdem pro-  
fanat et perdit; pravaque et insolentem convi-  
catricum reddit. Rursum, mulier virilis est anima  
justi: hec enim viriliter contra vitia et animi per-  
turbationes decertat; et ut quavis adversitate su-  
perior evadat, strenue laborat.

ET PETREDO IN OSSIBUS EJUS, QUE CONFUSIONE RES  
DIGNAS GERIT. — Saloni, Beda, Lyranus et Hugo  
referunt ad mulierem, q. d. Mulier impu-  
dicata sua libidine conciliat sibi morbos et putre-  
tum, uti patet in lue venerea, quibus et caro et  
ossa ejus putrescent et tabescunt, ut experientia  
docti meretrices et mœches compertescere. Ve-  
rum ex antithesi, et ex Hebreo pronomine mas-  
culino, liquet: ejus referunt ad virum, q. d. Sicut  
mulier pudica et strenua instar corona virum or-  
nat, letificat, corroborat, vivificat: ita ex adverso  
mulier impudica, desidiosa et pigris (huius enim  
opponitur diligens et sedula. Ita R. Levi), rixosa,  
ebriosia, prodiga, aliquis vitiis pudendis dedita,  
virum dedecorat, affigit, infamat, morore et mo-  
lestis conficit, adeo ut medulla ossium ex tristitia  
difficiat et consumatur, itaque omnes ejus robur  
(quod est in ossibus) et vigor intereat, ipseque  
etiam senectem contrahat et emoratur. Alludit  
ad illud Adae de Eva: « Hoc nunc os ex ossibus  
meis, et caro de carne mea, » Genes. ii, 23. Ubi  
Anastasius Sinaita: Os, ait, ad rober, caro ad vo-  
luptatem pertinet, quia uxori bona marito non  
tantum voluptatem, sed et robur ad superandos  
omnes labores et familiæ difficultates afferat. Ad-  
ditique: Vice versa uxor mala os, id est robur,  
mariti edxit et consumit. Unde Septuaginta ver-  
tunt, sicut autem in ligno vermis, sic virum disper-  
dit mulier malefacta; et Syrus more suo legens ves-  
tigia Septuaginta, sicut fungus et vermis in ligno,  
ita virum profigat mulier malum faciens, q. d.

teredo et tinea sensim lignum exedunt, erodunt et consumunt : sic mulier mala et perversa vires viri erodit et absimit. *Malefica* est maligna, item incesta et moesta, indeque proprie malefica et venefica. Solent enim moche, ut amasius mochis truantur, maritis secreto propinante venena, vel naturalia vel magicas, quibus eum vel cito, vel sensim conficiant et eneant, iuxta illud Ausonii :

*Toxis zelotypo dedit uxor moesta marito.*

Et illud de maleficato ad veneficam apud Athenaeum, lib. VI : « Tu illum venenis tuis putrefecisti, et velut lignum carie corruptum vitasti. » Cum enim mulieres sint timidas et imbelles, quod vi et labore nequeunt, hoc fronde et veneficio peragunt, ut non aperio marte, sed ex insidiis inimicos appellant et perdant. Refert Diidorus, lib. V, hecetum feminam omnium primam aconitum inveniens, et ad venem mortifera confidens ammonium studium impendens. Nata est Medea, Circe et Thessala mulier, id est venefica. Hinc tot sager et venefica, cum pauciores viri sint sagi et magi. Denique leges civiles mulieres adulteras et veneficas jungunt, velut quadam affinitate conjugetas : sunt enim adulterium et veneficum proxima et cognata, ut mulier que impunita est, non raro sit venefica. Leges haece citat Tiranquillus, leg. VIII *Contra*, num. 22 et seq. Illuc facit Hebreorum initio *Cenava adagium* : « Quod eructa sensam ; id meretrix est in domo. » Sicut enim eructa sensa et olera, in quibus decepta, despiciunt et vasta : sic meretrix dominum in qua habitat consumit, et miserum maritum devorat. Hinc a Comico vocatur *lunax* : limaces enim olera exedunt.

3. COGITATIONES JUSTORUM JUDICIA, ET CONSILIA IMPIORUM FRAUDULENTIA. — Hebrae, consilia impiorum dolos : Septuaginta, gubernant impiorum dolos. Iudeo enim יְהוָה יְהוּבָל וְתִשְׁבַּח וְתִשְׁבַּח et consilia et gubernacula significat. Unde cum Septuaginta sic ad verbum vertas, gubernacula impiorum dolos, q. d. Gubernacula, quibus impii se suaque gubernant et promovent, sunt fraudes et dolos. Est metaphora a gubernacula navis : sicut enim illo naucleo regit nave, illudque intra navem absconditur : sic fraudulenti per dolos sua peragunt, eosque in corde celant et abscondunt. Chaldeus, *zohra* (Syrus, *motiliones vel conversatio*) impiorum fraus est ; Pagninus, cogitationes justorum ad faciendum dolum.

*Judicia?* Queres, quemam sicut *judicia* que cogitant mentem teque versus justi. *Primo*, auctor *Catena Graec.* quia ? Resp. *Principia*. respondentes dei judicia, ejusdemque precepta : haec enim justi meditatione corde et animo jugiter perturbant, lisque Numinis metum et cultum sibi inducent.

*Secondo*, idem : « Judicia, ait, exercent, qui secundum rationes dictamen assidue operantur. Sic et S. Gregorius, lib. XIX *Moral.* xiii, explicans illud

*Job. xxix*, Et diademata, *judicio meo* : « Justorum judicia. inquit, recte diademati comparantur, quia per magni operis gloriam ad retributions dueunt coronam. Que nimur judicia secum quotidie introrsus agunt : quid Deo, quid proximo debent solerter aspiciunt, atque ad agenda bona se vehementer accendunt, et de perpetratis malis districte redarguntur. Unde bene quoque per Salomonem dicitur : Cogitationes justorum judicia. Justi quippe ab omni strepitu seculari ad corda sua redeunt, ibique ascendunt tribunal mensis, atque ante oculos se et proximum statuant, et deducunt ad medium regulam testamenti, quia dicitur : Quis vultis ut faciant vobis homines, et vos eadem faciet illis. Transferunt in se personam proximi, et sollicite attendunt quid sibi, si ita essent, fieri, vel non fieri justi voluerint : siue districto iure aliquae judicia causam suam et proximi, iuxta tabulas divinae legis in foro cordis examinant. Bene ergo dicitur : Cogitationes justorum judicia, quia ipse eorum intentus motus cordis, quasi quedam libra est judicataria potestatis. »

Huius conscientia tribunalis personas omnes apte representat S. Bernardus, lib. *De Iust. do-* cap. xiv : « In domo propria, ait, et in proprio familia habeo accusatores, testes, iudices et tortores. Accusat me conscientia, testis est memoria, ratio iudex, voluntas carcer, timor tormentor, oblectamentum tormentum : quoquot enim fuerint oblectamenta mala, tot erunt tormenta dura in pena. Nam inde punimur, unde delectamus. » Acedit Beda : « Justi, ait, sua facta si domino placeant, sedula meditatione dijudicant; ne forte ipsis minus sollicitus superius arbitrio contra eos invisibiliter adversa disponat, iuxta illud Apostoli : Si nosmetipos dijudicaremus, non utique dijudicaremus, I Corinth. xi. At reprobri, divini timoris oblitus, de fraude quam faciunt sua conscientia cogunt. »

*Tertio*, S. Hieronymus in cap. v *Amos* per *judicium* accepit mentis constantiam, q. d. Justi mature deliberant, ut ubi deliberarunt, in proposito constantes sunt : impii vero in horas mutant sua consilia et decreta. « Voluter, ait, quasi aqua judicium pessimorum, quia non stat in una sententia, sed circumferunt omniu fuisse doctrine. Quod probaverant improbat, et quod prius laudaverant, putant esse pro nihil. »

*Quarto* et genuine, Vatablus, Jansenius, Lyranus et alii per *judicium* accepunt jus et justitiam, q. d. Cogitationes justorum sunt *judicia*, id est sunt justitiae, hoc est, sunt juste et equae, ut nulli faciant injuriam, sed cuique jus suum tribuant (est metonymia : ponunt enim abstractum pro concreto, *justitia pro iusta*). At vero cogitationes, machinationes et « consilia impiorum » sunt de dolis et fraudibus. Non enim aliud cogitant, quam qua ratione alii faciunt facere, ea que decipiuntur ab rebus suis fraudare queant, ut

per fraudes et dolos res suas augeant et promoveant.

Moraliter, cogitationes justorum debent esse judicia, ut, quemadmodum iudicium non inconsiderate agitur, sed a iudice magna mensis attentione exercetur : ita mens justi, et ad perfectiōnē anhelantis cogitationes rationis iudicio selectas recipiat, et non indifferenter ex offiositate aut curiositate insurgentis admittat. Comprimitas timor Domini sanctus, qui occulta etiam cordis nostri et secretia rimatur; liget eas spes donorum coelestium, que non inaniam cogitabilitatem, sed puram et sanctam considerantibus frequenter offerunt.

Porro tangit hic Sepiens radicem omnium boni vel mali; haec enim est bona vel mala cogitatio. Unde Beda in *Collectaneis* : « Igitur fomitus, ait, quasi gradibus coalescit omnia peccatum. Cogitatio namque pravi delectationem parit, delectatio consensionem, consensio actionem, actio consuetudinem, consuetudo necessitudinem. » Vice versa, cogitatio sancta rei sancta delectationem parit, desinet haeresis et infidelitas, ac triumphabit ubique fides et pietas. Verum Nostrum propriæ et nervosæ veritatem in imperativo *verte*, sed sensu difficulter. *Primo*, Beda expavit, q. d. Convertite, o Deus, impios, praserimus hereticos et infideles, ad bonam frugem, et sic desinet esse impii, eruntque pii; desinet haeresis et infidelitas, ac triumphabit ubique fides et pietas. Verum ergo illos, ut quod fuerant non sint amplius impii, neque iniuncti, sed evadant pii et amici. Sic et S. Gregorius, homil. 32 in *Evang.* : « Relinquam, ait, nosmetipos quales peccando nos fecimus, et maneamus nosmetipos, quales per gratiam facti sumus. Ecce enim, qui superbuit, si conversus ad Christum humilis factus est, semetipsum relinquunt. Si luxuriosus quisque ad continentiam vitam mutavit, abnegavit utique quod fuit. Si avarus quisque ambire jam desit, et largiri didicit propria, qui prius aliena rapiebat, procul dubio semetipsum reliquit; ipse quidem est per naturam, sed non est per malitiam. Ille enim scriptum est : *Verte impios, et non erunt.* Conversti namque impii non erunt, non quia non erunt omnino in essentia, sed sciunt non erunt in impletatis culpa. Tunc ergo nosmetipos relinquimus, tunc nos ipsos abnegamus, cum mutamus quod per vetustatem fuimus, et ad hoc nitimus, quod per novitatem vocamus. Penitus quomodo se Paulus abnegaverat qui dicebat : Vivo autem jam non ego. Extinctus quippe fuerat sevus ille persecutor, et vivere coepit pater eius predicator. » Hic sensus moralis est, non litteralis, ut patet ex antithesis que sequitur : « *Verte autem justorum permanebit.* »

*Secondo*, Jansenius expavit, « *verte*, » id est evertre, o Deus, ut amplius non sint, nec piis operantur. *Tertio*, ali, q. d. Averte, o homo, paulisper te vultumque tuum ab impiis; cumque te rursus ad eos converteris et respexeris, videbis eos non esse et perisse, iuxta illud *Psalm.* XXXVI. « Vidi impium superexaltatum et elevatum sicut cedros Libani. Transvi, et ecce non erat : quiesivi eum, et non est inventus locus ejus. » Verum sic dicitur : « *Rectissime.*

(1) Rectissime.

cendum esset : « Verte te ab impiis; » jam autem dicitur : « Verte impios, et non erunt. »

Quarto , noster Salazar : « Verte, inquit, id est circumage impium, aut in orbem gyra, ut sensus sit : tam cito impius perit atque esse desinat, quam cito volvitur in gyrum, id est, non longior spatio permanebit, quam est id quo gyrus absolvitur. Verte igitur in gyrum, et interim non erit. Ad id spectat illius Philosophi facinus, qui, rogitus ut suae de vita humanae brevitatem emuntaret sententiam, veritatem semipsum in orbem, innuens scilicet se vita spatium unius gyri duratione metiri. Iuc alludit ad agnum Graecorum : *κύριος τοῦ κόσμου*, id est circulus aut orbis res humanae; quod ergo non ad tenuissitudinem, sed potius ad durationem refero, id est, res humanae velocitate abeant et deficiunt, qua circuit vel orbis conficitur a saltatore vel ab alio quovis. Hec ipse.

Quinto, simpliciter et germane, « verte, » id est, si vel medicum verteris impios, videbis eos everti et non esse, q. d. impii tenuissimum habent substantiam, que minima conversione, et, ut ita dicam, flatu uno, instar bulle difflat, dissipatur et evanescit, perinde ac in ludo seachiorum, alecarum, taxillorum, verte seachium vel aleam unam, et totum lusum, tandem ludentis vincentisque sortem et fortunam evertieris. Quid enim est vita et sors impii, nisi lusus fortune, nisi ludus alea? Unde Septuaginta, *quocumque se vertitur impius, delebit*; et Cajetanus, *verte impios*, id est converte, ait, rotam fortune impiorum, ut conversa rotula impi, qui in culmine consistebant, deorsum devolvantur in imum, et videbis eos iam non esse, utpote depresso, ec fortunis, honore, statu et gradu, tandemque ipsa vita privatos et eversos. Rursum, « verte impios, » id est, vorbe impiorum astem et seculum, volve paucos annos vita ipsorum, et videbis eos morte consumptos, juxta illud Eccl. cap. 1 : « Generatio præterita, generatio advenit. » Omnia enim hec notant cunctum transiit, finem et interitum impiorum cum sua sobole, q. d. Verte non nihil rotam temporum et seculorum jugiter rotantiam sibi successentium, videbis post paucos annos defecisse impios. Sicut enim in libro, si vertas folium unum, successit aliud quod prius operit et sepelit; et si intueris veri volviq[ue] aquam fluminis, cernes aquam, que coram te est, illico labi et defluere, aliquaque succedere et affluere, que precedentem extrudat: ita prorsus se habent impii, eorumque domus et familiæ parva conversione temporum; si paucos annos eos requiras, videbis plena interisse, nec reliquise haredes, sed e terra abyssos et eterna oblivione sepultos; videbis alios se sepe externos in eorum locum, dominum, gradum, opes et preda successisse, immo illos ipsos exclusisse, et derubasse impios: at vero domus et familiæ justorum, quia fundatae in iustitia et in Dei patrocinio, permanent et perdurant per multa secula.

(1) Maurer, *pro ratione intelligentia sua laudatur quisque, sed animus perversus est contumacius*.

Denique auctor *Catena Graecorum sic Septuaginta* verit et explicat, *quocumque impius cogitatione se vertit, omnis illius conatus et cogitatus omneque studium atque consilium frustaneum est. Per donum autem justorum bonas cogitationes hoc loeo exprimit; quandoquidem bona sententia, bona et salutaria cogitata, haud secus ex illorum animo prodeunt, atque ea divite quodam penu. Sunt haec enim, ut illorum quoque domus, « propter petram edificatae. »*

#### 8. DOCTRINA SUA NOSCETUR VIR: QUI AUTEM VANUS VERITATIS EXCORS EST, PATERIT CONTEMPTU.

— « Noscetur, » id est publice cognoscetur, laudabitur et celebrabitur; hoc enim significat hebreum *κατηχεῖν*: hunc enim exigit antithesis. Hebraice, *ad os* (id est iuxta quantitatem et mensuram) *intellexus laudabit vir, et pergersus corde erit in contemptu*; Septuaginta, *os intelligenter laudatur a viro: soeces autem subsannatur; vel, ut verit et explicat auctor Catena Graec.* : « Viri prudentis os vulgo laudatur: qui autem habet ignoravice cordis est, ab omnibus subsannatur; vir operosus bonisque actionibus ex instituto deditus, tamestis rudiis et idiota sit, melius honoratiorque est ignavo diserta compotaque oratione utente; » Syrus, *prudens laudant mortales, excors autem despiciunt velut stultus*; Symmachus, *secundum prudentiam suam laudabit vir; qui autem corde divaricat, pudebit*. Nonnulli doctrinam his tenuissimum accepit, q. d. Ex doctrina sua noscetur vir, an scilicet philosophos, an grammaticos, an medicos, an jurisprudentes, etc. Qui enim docet aut doceat disserit de rebus philosophicis, si noscetur esse philosophus; qui de medicis, esse medicus; qui de iuridicis, esse iurisperitus: verum hic sensus hoc loco est impertinens.

Alli per *doctrinam* accipiunt veritatem, q. d. Qui veritatem loquitur, si noscetur esse verax et cordatus: at vanus et excors, qui mendacia proloquitur, si noscetur esse mendax, idque patet contemptu.

Vetus dico: *Doctrina* hic, ut et toto hoc libro, non speculativa, sed practica intelligitur, idemque est quod *prudentia* tam in loquendo quam in agendo. Sensus ergo est, q. d. Per doctrinam, id est prudentiam, noscetur, Hebraice, *laudabitur vir*, quia quantum in dicendo et operando ostendit prudentiam, tantum pariter famam et laudem consequetur: ex adverso qui vanus et excors est, Hebraice, *qui curvus, vel obliquus*, id est pravus et perversus est *corde*, qui scilicet prava loquitur vel agit, hic erit contemptus, quia habebitur imprudens, insipiens, pravus et perversus (1).

Porro prudentia hec requirit ut quod dicimus et agimus, primo, sit verum et alienum ab omnibus falsitate et mendacio; secundo, ut sit sincerum et

alienum a simulatione et hypocrisi; tertio, ut sit grave, seruumque et alienum a levitate, et ludicio peccatorum et negotiorum; quarto, ut sit justum et alienum ab injuria aliorum; quinto, ut sit utilis et alienum a damno et noxa; sexto, ut sit maturum et opportunum, nimis personis, loco et temporis congruum: que enim importuno loco vel tempore dicuntur vel aguntur, haec imprudentia sapientum, idque dicentem et agentem vel imprudentem contemplui et ludibrio exponunt.

Exemplum sit Joseph, qui et in carcere et in domo Putipharis ita prudenter se gessit, ut omnium ore celebratus, a Pharaone prefectus fuerit. Egypto, ac sua prudentia fami, que Egyptum et vienias provincias occupaverat, succurrerit, pista illud Psalm. civ, 21: « Constituit enim dominum tuum deus tuus, et per principem omnis possessio eius, ut crudelis principes ejus sint semper suis, et senes ejus prudenter doceret. » Et David, de quo dicitur I Reg. xviii, 5: « Egregiebatur quoque David ad omnia quecumque misisset cum Saul, et prudenter se agebat. » Et vers. ultim.: « Prudenter se gerebat David quam omnes servi Saul, et celebre factum est nomen ejus nimis. » Et Daniel, qui a Nabuchodonosore ex examina prudentiam prepositus fuit fio monachorum Babyloniorum, Daniel. ii, 48, et v, 12.

Sermo illius certior prudentia vel imprudentia. Unde Socrates aiebat: « Loquere, adolescentes, ut te videam; » in sermone enim velut in speculo videtur indoles peccatorum et mentis. Idem dictabat: « Qualis homo est, talis etiam ejus erit oratio; oratione autem facta simillima, facta vita. » Testis est Cicero, Tuscul. V; et de Scipione cauto in verbis et factis dicebat Cato:

Ille sapit solus, volvunt ali velut umbra.

Maximus, serm. 45, citat Romulum dicentem, « vasa fictilia sono et percussu, hominem vero sermone explorandum esse; » et Demonactem asserentem, « in speculis vultu figuram, in colloquis autem animi naturam et imaginem cerni posse: sermonem enim quasi figulum, animi formam effingere et profere; » et Solonem dictantem, « orationem esse operum simulacrum: ea quippe, quae in opus prorunt, prius animo concepta verbis indicantur. Democritus apud Stoicum hec est vox: « In speculo facit figuram, in verbis autem animi qualitas eiusque hominis comprehenditur. »

Mystice Beda: « Doctrina sua, ait, quisque vir esse noscitur, quia si recta docet, et haec operibus implet, sanctus esse colligitur. »

9. MELIOR EST PAUPER ET SUFFICIENS SIBI, QUAM GLORIOSUS, ET INDIGENS FANE. — Hebraice, *melior est vir vel ignobilis et servus sibi, quam se glorificans et deficiens pane*. Pro et servus sibi, alii vertunt, et servus ipsi. Unde Chaldeus, *melior est abjectus qui habet servos*; Paginus, *melior est qui foci pendet se, et servus est ei, quam qui glorificat*

rem rationem haberes : ea propter tute ipse es, qui ex tali servitute fructum capis, adeoque non tam alteri quam tibi ipsi servis. Adverte milites, nonne unusquislibet illorum sibi ipsi servit ? Nonne qui manuum opera vitam tolerant, par modo sibi ipsi serviuat ? Ne igitur ob laborem successores; tu tui namque ipsum dominus es, et non aliis quispiatz. Nonne cernis egenos qui viatum ostiatim querantur, nulli servire ? Ergo illi quoque sibi servium. Qualis, obscurus, honor est illis, pana quo pescatur egere? » Hucusque S. Chrysostomus.

Porro Septuaginta eleganter opponunt *εργα* sufficientes sibi τιχη agentes pane, q. d. Praest sufficiens sibi inglorius, quam gloriosus egenus pane; praestat ignobilis satrap nobilis fauileco.

Hinc diisse divitias prestantiores esse nobilitatem, iusta illud :

Et genus et formam regina pecunia donat.

Indebet laborem otio, ac pauperem sibi laborantem, suisque licet paucis contentum, praestare gloriosu, cui nihil sufficit ad tactantiam, cum omnia desint ad vitam. Unde Apostolus : « Est, ait, questus magnus pietas cum sufficiencia, » grecce ἀπεξις, id est animo suis contento, I Timoli, vi, 6. Salomon succinit Siracides : « Melior est, ait, qui operatur, et abundat in omnibus, quam qui gloriantur, et eget pane, » Eccl. x, 30. Vide illi dicta. Succinctum et gnoma Philosophorum. Antonius in Melissa, cap. XXXVII, citat Socratem dicentem, « satis esse se in paucis facultatibus continentem hilariter agere, quam in magnis infelicitate. Quare diffissimum esse, qui paucissimis contentus est. » Epictetus, rogatus « quis esset dives », respondit : « Cui satis est quod habet. » Maximus, serm. 12, citat Democritum qui, rogatus « quomodo quis dives fieri posset », respondit : « Si cupiditatem pauper erit, si inopi erit desiderio. Quare eos qui naturalibus divitiis contenti sunt, ditiones esse nisi qui, cum multa possident, plus tamen concepuntur : illis enim nihil deest, his plura quam possident. » Plato, interdixit : « Quantas opes habere convenienter, » Postquam inter ictus hymnum dixit plumbos, Erectos inhi : Absit ut me nobilium Sanguis parentum præstet, aut lex Curia : Generosa Christi secta nobilitati viros.

Et S. Agatha apud Quintianum Presidem : « Multo prestantior, ait, est christiana humilitas et servitus regum opibus ac superbia. » Mytice Solonius : « Vere, ait, melior est frater idiota et simplex, qui operatur bona quae novit, unde vitam eternam mereatur habere in celis, quam gloriosus, id est clarus eruditio, vel compitus doctoris officio, qui indiget pane dilectionis, quia neque dominum diligit, neque proximum. Vel certe ideo pane indiget, quia non operatur quae intelligit aut doceat, » v. g. melior est S. Franciscus Aristotele et quovis philosopho ac inani theoso.

Vita Probi. Alfonso Aragonum rex, reprehensum a quodam quod propriis manibus laborasset : « Numquid, ait, Deus et natura frustra regibus manus deduerunt ? » Rursum : « Regum cibus est honos, ait, quem dii immortales non otio ac luxu, sed improbis laboribus multisque sudoribus hominibus vendunt. » Ita Panormitanus IV Gestis Alfonsi.

Vera ergo nobilitas sit in labore, non in vita, non in pompa, sed in virtute; in factis et stemmatis non avorum, sed cunctis propriis: laboris enim sustentatur et vivimus, virtute gloriarum, factis celebrarum. Proculero Ciceru, orat. Contra Saltuum, sibi obiectum generis ignobilitatem : « Satis est, ait, meis gestis florete, quam majorum opinione uiri; et ita vivere, ut sim posteri meis nobilitatis iniustum, et virtutis exemplum. » Et Poeta :

Et genus et proavos, et qua non fecimus ipsi,  
Vix ea nostra voco.

Et Cassianus, Collat. II, cap. x : « Nihil, ait, nostrum est nisi hoc tantum, quod corde possessum, atque anima nostra coherens, a nemine prouersus potest auferri. » Igitur : « Nobilitas sola est atque una virtus. Nobilissimus Deo est, clarissimum virtutibus. Aliena laudat, qui genus laudatum. » Et Solon epud Ausonium : « Pulchrius multo patratur quam creatur nobilis. » Urbanus III Pontifex obiectum sibi generis humiliatorem : « Neque viri, ait, nos nascuntur, sed virtute fiunt. » Maximilianus Imperator cuidam, oblatu auro, nobilitatem emere volenti : « Ditate quidem te possum, ait, at nobilitate non nisi te propria virtus potest. » Nimurum : « Simia huius leona fuit regis diplomaticus. » S. Gregorius Nazianzenus, orat. 19 De Gregorio patre suo : « Unam nobilitatem, ait, in pietate sitam esse censebat, atque in eo, ut inter ortum habuimus, et quo tandem perverteri simus intelligamus. » Auree vero apud Prudentium Peri Stephanon, sive De Coronis, Romanus Martyr generis nobilis, sed fide et effuso sanguine nobilior :

Postquam inter ictus hymnum dixit plumbos,  
Erectos inhi : Absit ut me nobilium  
Sanguis parentum præstet, aut lex Curia :  
Generosa Christi secta nobilitati viros.

Postquam inter ictus hymnum dixit plumbos, Erectos inhi : Absit ut me nobilium Sanguis parentum præstet, aut lex Curia : Generosa Christi secta nobilitati viros.

Hanc gnomem pulchro simius et vulpis apologetum venustat Cyrilus, lib. III Apolog. moral. cap. x, eius titulus : « Quod melius sit minus egere, quam plus habere. » Cum simius, inquit, jocosa, vestimenta et vana catenua irretita, jubilans exsultaret, sumque opulentiam et felicitatem jactaret; retulit eam vulpes, aliena haec non tam esse copiam, quam inopiam, quod vestris indigentie, catenua captivitas sit signum. « Nam pauperias est, ait, indigere; fortuna vero habere, haec unde suppleat indigentiam, avaritia vero semper plus cupere. Si amplius habes, aut eo indiges, aut non indiges; et si habes, aut his uestris, aut non uestris. Si uestris luxuriantio, fatua; si non uestris, es retinendo avara. Si vero egens habes, quem artificialiter dives, natura tam pauper es. Vide igitur quod plus habere, aut sine viciotate, aut sine aliquo paupertate nemo possit: vano igitur, quia plus habes, gloriari. Ego certe me minus egere nunc gloriari, et ardo nudare esse; quia nee ego, nec cupio vestimentum, diteme mihi. Nimurum, qui minus egit, est natura dives est, cum sit ipse sufficiens. Solam namque hanc, ni fallor, estimavimus esse veram opulentiam non altiude mendicatam, sed cupiditate abdicatam, natam habere sufficientiam. Cupiditatis victor Diogenes, hoc se ditionem putavit, quo nimis indigeret. Hinc eum curum quemdam naturali vase mammum haustum sumere vidisset, jam seipso dives ejus exemplo factus, potionis vasculum confregit. Quare hujusmodi divitiae, aut naturalis paupertatis opulativum solatum, aut cupiditatis anxius jugum sunt onerosum. Disce igitur quod melius sit non egere, quam indigentem habere. »

10. NOVIT JUSTUS JUMENTORUM SUORUM ANIMAS : VISCERA AUTEM IMPIORUM CRUDELLA. — Syrus, impiti inter claudunt viscera sua; Chaldeus, miserationes impiorum crudelitas. Hebreum enim ☞ racham et miserationes, et viscera, que sedes sunt misericordie, et miseratione communovetur, significat. Sensus ergo Chaldei est, q. d. Miserationes impiorum sunt crudelites, adeoque non sunt miseration, sed crudelitas. Si quando enim misericordiam aliquam præstant, tot moris miseratio trahunt, ac tanta verborum asperitate et supercilie beneficia in odium adducunt, denique tot conditionum et usurparum onere ea aggravant et vendunt, ut non tam miseri quan feritatem et crudelitatem exercere videantur. Sensus Vulgatae versionis est, q. d. Novit justus quantos labores et dolores anima jumentorum suorum patiuntur : ideoque eos moderatur, mitigat, solatur et medefetur. Rursum novit quid jumenti anima appetat, illudque ei exhibet. Unde Pagninus verit, cognovit justus appetitum jumenti sui. Animam enim sedes et symbolum est appetitus. Novit ergo non speculative tantum, sed et practice : novit, id est, attendit et curam gerit suorum jumentorum. Sic dicitur hi Tim. n, 19 : « Cognovit

Dominus qui sunt ejus, » id est amat, curat, protegit, promovet Deus suos electos. Et Psal. 1, 6 : « Novit Dominus viam iustorum; » novit, id est diligit, dirigit, secundat et prosperat. Unde Septuaginta vertunt, *justus miseratur animas jumentorum suorum; viscera autem impiorum immiseritcordia.*

Jam per *jumenta*, primo, Lyranus accipit servos et anellas : *jumenta* enim dicuntur quasi *juventuta*; servi autem juventur herum.

Secondo, Beda per *jumenta* accipit proximos rudes et hebetes instar jumentorum : hos enim juventare, et vicissim ab iis juvari debemus legem naturae et charitatis. « Justus, ait, compatitur, et miseretur hebetudini et fragilitati proximorum sibi commissorum. » Quam enim curam gerit buleus suorum boum et jumentorum, ac pastor suarum ovium, eamdem gerere debet rector sub ditorum.

Tertio, proprie et genuina Aben-Ezra : Novit, ait, justus qua re indigent sua pecora, illamque misericorditer eis præstat, quia justus non tantum hominum, sed et brutorum miseretur; præserit quia haec misericordia in summa communione redundat. Qui enim alit et impinguat bovem suum, seipsum alit et impinguat : hos enim arabit hero terram, segetes producit, ac deinde edeat ei in album. Ilaque esto amictia et charitas proprie non sit inter nos et bruta, ut docet S. Thomas et Aristoteles, tamen ad illa quasi per mantissam et auxesin quandam sese extendit; estque hic amor non tam amicitia, quam concupiscentia, quia herus amat bovem non ob bonum bovis, sed quia bos est jumentum, peculum et bonum suum. Ita S. Chrysostomus, hom. 29 in epis. ad Rom., « Sun enim, ait, Sanctorum anima vehementer mites et hominum amantes, non solum erga suos, sed etiam alienos, ita ut hanc suam mansuetudinem etiam ad animalia bruta extendant. Proprieta et sapientia quidam dicit: Justus miseretur animalium jumentorum suorum. Si ergo jumentorum, multo magis hominum. » Idem Chrysostomus plenus in Catena Graec. hunc locum sic explicat : Quid, ait, audio? Numquid justus jumentorum suorum animas miseratur? Utique erga illa quoque magnam humanitatem et clementiam ostendamus oportet, idque cum ob alia, tum ob id maxime, quod ex ratione et occasione illis compati et condoleare dicamus, qui ejusdem nobiscum sunt generis. Nec enim Deus circa causam in lege præcepit, ut jumentum prolapsum erigamus, et errabundam ovem ad viam reducamus, neque bovis triturationis obligemus. Vult itaque ut magnum in bruta quoque animalia misericordiam exercemamus. Primo quidem proper nos ipsos, deinde vero ut quoad necessaria ministeria obeunda magis, sint idonea; postrem autem ut curam et humanitatem in illa exercere assueti, que sua nobis ministeria praestant, erga proximos paulatim benigni et miseri-

cordes evadamus. Qui enim exterritorum misericordia, multo magis familiarium et domesticorum misericordia, et qui misericordiam exercet in jumentum, magis exercet illam in fratrem consanguineum. Sed dices forsitan: Jumentum ministerii usum affert, frater autem nullum omnino. Imo vero magnum: coniunctus enim tibi aeternam apud Deum mercede. Ecce qualem curam et servitatem jumentis impendimus, ut bene sit illis: neque turpe aut ignominiosum hoc dicimus, et hominibus servire turpe dicimus? Tropicos autem per jumenta indociles, et rationis luce pene destituti discipulos hoc loco significavit.

Ideo ergo Deus Iudeis praeseperal misereri jumentorum, ut discent misereri proximorum, si in jumenta essent crudelis, discent effari in homines. Ita sanxit: « Non arabi in bove simili et asino, » Deut. xxv., 10, quia asinus impar est bovi: quare si idem cum bove jugum traheret, plus sequo gravaretur. Et: « Non coquas haedum in lacte matris sua, » Exod. xv., 19, quia crudelis est ut lae matris, quod haec est alimentum vite, fiat eidem tormentum mortis. Et: « Si ambulans per viam, in arbore vel in terra nitidum avis invenieris, et matrem pullis vel ovis de super incubantem, non tenebis eam cum filiis, sed abire patieris, » Deuter. xxii., 6. Ita sanxit diem Sabbati, ut in eo quis daretur tam jumentis, quam hominibus, ab omni opere et labore, que per seplimanam desudat, Deuter. v., 14. Ita misericordiam Deus sanxit non tantum suo verbo, sed et exemplo. Ipse enim jumentorum curam gerit. Unde illud Psal. xxxv., 7: « Homines et jumenta salvabis, Domine. » Et Christus, ait S. Bernardus, in prospicio positus fuit inter boven et asinum, ut salvaret homines et jumenta. Et Psal. ciii., 14: « Producens femum iustitiam. » Et Psal. cxlv., 9: « Qui dat jumentis escam ipsorum, et pullis corvorum invocantibus eum. » Deum ergo Deique pietatem imitantur, qui in bestias misericordie sunt.

Sic S. Anselmus, ut habet ejus Vita, affectus commiserationis movebatur erga bestias, easque defiebat, cum laqueis venatorum irretitas cerneret. Gordianus senior Imperator, teste Capitoline, tante bonitatis erat, ut in scholis, si quis puerum vapulare, lacrymas non teneret.

Prae reliquo sensum hunc pietatis in bestias ostendit S. Franciscus, de quo ita scribit S. Bonaventura, lib. I Vita ejus, cap. vi.: « Consideratione prime originis omnium, abundantiori pietate repletus, creaturem quantumlibet parvas fratris vel sororis appellabat nominibus, pro eo quod sciebat eas unum secum habere principium. Illas tamen visceriosus amplectebatur et dulcibus, quae Christi mansuetitudinem piam similitudinem naturali prefendent, et Scripturae significacione figurant. Redempti frequenter Agnos, qui ducebantur ad mortem; illius menor agni mitissimi, qui ad occisionem dux voluit pro peccatoribus redi-

mendis. » Narrat deinde eum sul, sive poros, quae agnum occiderat, maledixisse, ac suum mox infirmari cepisse, et intra triodium mortuum; similiter cum aves et pisces capti libertate donasse: quo circa eas illi applausisse, ac ab invitatis cantu suo Deum laudasse. Mira sunt quae additae cicada, phasiano, falcone. « Lupus a viro sancto dilectus et protectus, atque ad Deum laudem invitatus.

Mystice R. Levi: « Iustus, inquit, novit animam jumenti sui, id est, vitam corporis sui (corpus enim est quasi jumentum animae) tueri et curat, Ideo que cavit ne corpus nimirum labore affligat, ne nimis austriate vigilatur, tunc inedia, ciborum, disciplinarum illud conficiat. » Viscera autem impiorum crudelia, quia dum gula, libidini et virtus intemperanter indulgent, crudeliter in seipsis sevuntur: nam et sapientia et robur hec sunt, quin et vitam non raro sibi auferunt, aut certe decurant.

Denique notanda hic collectio et dogma arcannum Cassiani, Collat. XI, cap. x: « Justus, ait, misericordia animas jumentorum suorum; viscera autem impiorum sine misericordia. Ideoque iisdem virtutis subiacere monachum certissimum est, que in aliis indelemente atque indumenta severitate condemnata. Rex enim rigidis incurrit in mala, » Pro. xiii., juxta Septuaginta.

11. QUI OPERATOR TERRAM SUAM, SATIABITUR PANIBUS; QUI AUTEM SECTATUR OTIUM, STULTISSIMUS EST. — Hebrei, indiget corde. Pro otium hebrei est ὅπερα reikim, quod Aquila, Theodosius et Septuaginta vertunt, πάταξ, id est vana; Syrus, qui festinat post vanitatem; Chaldaeus, vacua; Pagninus, vacuos; Baynus, inania; Tigurina, perditos. Reikim enim significat homines ignavos, oflosios, inane, perditos, quales sunt source et mendici validi; item res inane, vanas, perditas. Qui enim cum securis ignavis et oflosis versatur, sectatur ignavum, vanum, turpe et scleratum otium, fitque secura, maledicis, fur, etc. Huc facit proverbium Syrorum et Arabum, Cent. 2, num. 27: « Acquire diligentiam: ea enim est thesaurus magnus; » et num. 28: « Recede a pigritia, quia ipsa est piena damno. »

S. Chrysostomus, in Catena Graecorum, hec ita praecedens vers. 9 et 10 connectit, q. d. « Non quia operandum et laborandum dixi, inquit quo dicitur descendit dixi. Bona sane et honesta est operatio, sed ea que cum iustitia est conjuncta, cuiusmodi est agricultura. Ignavia enim militiam parit et fovet, non etiam rem familiarem auget. » Accedit S. Hieronymus: qui per vana accepit mercaturam, utpote periculosa et incertam, quasi ab eis Sapiens avocet homines ad agriculturam. Explicans enim illud Isaiae xxxii., de Tyro: « Operare terram tuam; etenim naves nequaquam veniunt de Carthagene. Profuit enim Tyro, inquit Hieronymus, naves interire peregrinas, ut cogitat operari terram suam, de qua in Proverbis dicitur: Qui operatur terram suam, satiabitur pa-

nibus, etc., ut nequaquam de inserto fluctum naufragiorumque discrivine, sed operis sui virat frugibus. »

Verum sub agricultura hic quodlibet opera legitur, et quamlibet artem honeste descendit accipit: hec enim opponitur inerti otio; proprie tamen agriculturam, tum quia ea est maxime necessaria, tum quia ipsa est pars innocentissima (ait S. Augustinus scribens contra Faustum Manichaeum, sam damnationem hominum, quod plantas sevillendo eis animam vitumque adinat), ideoque praecepta Adas in paradise, et rursum post expulsionem a paradise, quam prolixi primi Patriarche, ac deinde reges etiam et principes, uti Job, Abraham, Moses, Esau, etc., exercerent. Quin et tholosianam, teste Eusebii, relicit imperio in rusticatione consuevit, atque Heraclio et Constantino ad imperium resendum invitatus: « Utinam, ait, Salone possetis visere olera no-tris manibus instituta profecto istud tentandum nemquam judicareis. » Farnaces Indorum rex Apollonio de eius vita: « ... et in aliis, et in aliis, et in aliis fructibus, aut ofloribus, pasor, aut que prebeat mili arbores, quos ego his manibus colo, » Lysander Lacedaemonius cum ad Cyrus Minorum Persarum regem venisset, in horum ductus, admiratus et proceritates arborum, et directos in quincunx ordines, et humum subactum, Cyrum intergravat a quo essent arbores plantatae, et cuius solertia tam apte dimense? Cui respondens Cyrus ait: « Atqui ego ipse sum isti dimensus, mei sunt ordines, mea descripicio; mea enim manus sunt sata. » Tum Lysander purpuram ornatumque persicis multo auro splenditentem dixisse fortuit: « Auct. » Cyric, te heutum ferunt homines, quoniam virtute tua fortuna coniuncta est, » Ita Cicero in Catone.

Queres, cur secundus omnia vocetur « stultissimus? » Respondeo primo, quia omnia inducit pauperem, et hominem ad famam necesse reigit. Quid autem stultus quam inerti oti sibi fame mortemque consiceret, et quid aliud est omnia quam vivi hominis sepulture? ut ait Philosophus.

Secundo, quia omnia facit mentem ignavam habescere et brutescere, sicut hebescit et rubigine obducitur ferrum otiosum, ut gladius et cultur quo nemo uitat. Unde Cassiodorus: « Natura humana, ait, sicut clavis laboribus in tenacem, ita per ota torpenta infatuatur. » Consonit Plautus in Marcellis: « Ingenium, ait, homini's carnarium et serum in oīt contrahit, proper obsecratatem, et quies viaque sedentaria non modo corporibus, verum etiam animis marcorem affert. » Et S. Chrysostomus, hom. 5 in ad Corinth. « Eorum (qui laborant) sunt animae priiores, ait, eorum sunt mentes robustiores ac firmiores. Nam qui est oflosios, et multa temere loquitur, et multa agit temere, et tota die nihil operatur, torpore et vetero mente repletam habet. »

Qui sevis est in vīn delectationibus (perpetram Beda et Lyranus legunt, in vīn moderationibus), in suis munitionibus relinquit contubernal. — Hie versus deest in Hebreo, sed cum habent Romana et Graeca, quae sic habent, qui juvenus in vīni conversationibus (symposiis) immoratur, in munitionibus suis ignoriam relinquit. Sensus est, q. d. Qui electatur immorari symposiis, et vīni copulationibus, hic in suis munitionibus. »

Tertio, quia omnia parit defractiones, calumias, irrationes, furta, estque causa omnis malorum; otiosi enim sunt aleatores, compotores, seortatores, predones, etc. Quocirca Diogenes, teste Laertio, lib. VI, otiosorum negotium dicebat esse amorem, quod hic affectus potissimum occupat otio deditos. Ita enim fit ut, dum otio vacant, in re negotiosissimam incidant. Et Appius Claudius, teste Valerio Maximo, dicitur populo Romano longe malus committi negotium quam otium: quod populus bellis excitetur ad virtutem, in pace defluit ad voluptates ac luxum, ex quibus nascitur rerum publicarum ac regnum exitum.

Mystice, Polychronius in Catena Graec.: « Terram, id, hoc vocat animam, in qua bona et mala cogitationes geruntur; bona: si eam sanctis cogitationibus et operationibus exerceas; mala: si eam ottari sinas. Panes vocat divini verbii pubulum; stultos autem eos dicit qui circa vancum doctrinam occupantur. » Sic et Beda: « illa, uti, terram suam strenue operatur, qui aetate cordis sui per quotidiana exercita, per iugis invenitum, per vigilantiam mentis, quasi qui exercet agriculturam, instanter erudit, atque spiritualibus cibis velut panibus, saepe ignorantiam periclitetur, interioris hominis sui sensum reficerere non desit. Qui exercet animam suam spiritualibus studiis et nunc virtutibus, et tunc daphibus saturabitur paenitentiam; qui autem pro salute animae sue nunc laborare detrectat, tunc inter stultos reprobaritur: tametsi nunc vel divina, vel mundana sapientia gloriosus videtur. »

Rursum B. Petrus Damiani per terram accipit corporis, quod laboribus et penitentibus subiungit, ut continentia et beneficentia fructus proferat. Sic enim ait in epist. ad Fratres mandatorum transgressores: « Quisquis desiderat spiritualum segetum ubertate disticere, desudat nunc agrum sui corporis discipline ac continentie vomere continuo labore sulcare, et tanquam novulum surorum giebas sareculo sapiente confringat; dum quidquid durum, quidquid infecundum in se deprehenderit, jugis penitentibus coniunctionis ter. Nec desinat gula prurientes urticis, atque inhorrescentes carnalia desideriorum vepres radicibus extirpare, quo uberes preventus spiritualium segetum valeant sui corporis rura proferre. Unde Solomon ait: Qui operatur terram suam, satiabitur panibus. » Vide que de agricultura litterali et mystica dixi Ieu. II, 15.

Qui sevis est in vīn delectationibus (perpetram Beda et Lyranus legunt, in vīn moderationibus), in suis munitionibus relinquit contubernal. — Hie versus deest in Hebreo, sed cum habent Romana et Graeca, quae sic habent, qui juvenus in vīni conversationibus (symposiis) immoratur, in munitionibus suis ignoriam relinquit. Sensus est, q. d. Qui electatur immorari symposiis, et vīni copulationibus, hic in suis munitionibus. »

est dominibus, arcibus, urbibus locisque alii quantumvis munitis relinquit infamiam et ignominiam, quia ebrietas multa secum affert probra, decora et damnata, inter que *prima* est, quod ebrius mente captus efficiat quidquid in animo habet, omniaque sua secreta prodat; ob qua oda sibi onebit, insidias acerbit, fortunis et sepe vita privatur. Rursum ebrius pre *est* meri nutat corpus, ejusque partes, qua honestas contigit. Sie *No* ebrius nudit veranda sua, que sane magna est ignominia, ideoque irrisus fuit a Cham filio suo, *Gen. ix. 22* (1).

*Secundum*, quod, ubi mero incautus, multa dicat agatque ridicula, insula, delira. Unde S. *Basilius*, orat. *In Ebrietate*: « Cum multum, ait, mero infusum fuerit, quasi tyrannus quidam artem petit, et a summo vertice ingentes tumultus animo prebet, nulli rei ne principali quidem parcens; sed ipsam primum rationem in servitutem captum adducit; deinde eam dispositionem, ac ornamentum, qui doctrinae partus est, confundit ac perturbat risu indecoro, voce horrenda, ira precipiti, libidine effrenata, ostro ac furor in omnem inhosnam voluppatem. »

*Tertium*, quod cœnaculum et cubiculum repleat vomitu, crapula, sororibus, juxta illud *Ioseph. cap. xviii. vers. 8*: « Mense replete sunt vomiti. » *El Jeron. xlviij. 26*: « Allidet manu Moab in vomitu suo, et erit in derisum etiam ipse. » Et illud *Habacuc ii. 16*: « Repletus es ignominia; bibi tu quoque, et consopire; circumdabit te calix dexter Domini, et vomitus ignominie super gloriam tuam. »

*Quartum*, quod potando decoquat patrimonium, itaque se, filios et uxorem redigat ad inopiam et pauperitatem. Nam, ut ait S. Ambrosius, *lib. In Elia et Jejuno. cap. xii*: « Ebri uno die bident multorum diem labores. »

*Quintum*, quod civium et militum ebrietatis det occasionem hosti invadendi, capiendo et vastandi arcas et urbes: Ita auctor *Catena Graecorum*. Sic Balhisas sua compalatatione perdidit vitam, Babylonem et monachiam Babyloniorum, *Daniel. cap. v. vers. 30*. Sic Holofernes ebrietate sua perdidit se totaque Assyriorum eastra, *Judith xii. 30*. Quocirca, ut ait S. Ambrosius, *lib. In Elia et Jejuno. cap. ix*: « Unius malitia (*Judith*) jejunitum innumeris stravit exercitus ebriorum. » Sic Troja indulgens genio a Graecis capta est, juxta illud Virgilii, *Il. Eneid. 12*:

*Invaluit urbem viua somnoque sepulta.*

*Vere* Plato apud Stobaeum, *serm. 18*: « Guber-

(1) a Videtur hoc additamentum ortum duxisse ex veteri aliqua prioris versus proximi hemistichii interpretatione, cuius auctor quoniam pro *chiam* legi *se clener*, id *cunum rediunt*, *matus* vero *muntus* significare cepit. Ex quibus interpretationibus ad marginem codex alienus Graecus versionis entitatis forsitan aliquis finxit illud additamentum ad explicandum versum 11. » Hec Rossmullerus.

nator ebriosus, ait, et quis cuicunque rei *præpositus* omnia subvertit, sive navigium, sive currum, sive exercitum, sive urbem, sive quacumque rem fideli sue commissam. » Quocirca idem Plato, dialog. 3 *De Republica*, ita sancti: « Non conceditur custodi ut ebrietate gravatus, ubi terrarum sit, nesciat, nempe ridiculum esset custodire custodem. »

Denique probra et damna ebrietatis describit S. Ambrosius, *lib. De Elia et Jejuno. cap. xvi*: « Ebrietas, ait, fomentum *ibidem*, ebrietatis incivitatis insaniz, ebrietatis venenum sapientiae. Ille sensus hominum mutat et formas, per hanc fluit ex hominibus equi adhucim. Siquidem naturali vapore corporis caidi, et proter naturam vim calore flammati colubre se non quemat, et in bestiales libidines existantur, ut nullum tempus prescriptum habeant, quod doceat indulgere concubitum; vocem amittunt, colore variante, oculis ignescunt, ore anhelant, frenunt naribus, in furore ardescunt, sensu excidunt. Ille plenaria perficula, hinc calculi gravis pena, hinc exstitalis cruditas, hinc vomitus frequens senseras epulas cum internorum viscerum cætro fundendum. » Et nonnullis interclusi: « Hinc etiam vanne imagines, incerti vias, instabilis gressus; umbrae sepe transludent sicut foveas. Nutat his cum facie terra, subito erigi et inclinare videtur, et quasi vertatur, flumentes in faciem ruunt et solum manibus apprehendunt, aut concurrentibus contubus subi videntur includi. Murmur in auribus tantum maris fluctuanus frager et resonantia fluctu littora. Canes si viderint, leones arbitrantur et fugiunt. Alii risu solvuntur inconditio, aliis inconsolabili inchoore deplorant, aliis cernunt irrationaliores pavores. Vigilantes somniant, dormientes litigant. Vita his sonniuum est, somnus his mors est; excitari nulli vocibus possunt quamlibet stimulando impulsu petas; nisi respirent, evigilare non possunt. Unde bene teremus huiusmodi hominem tamquam superfluum creaturam defendendum putat. Quid est homo ebriosus, nisi superflua creatura? »

(2) ESDIERUM IMPH MUNIMENTUM EST PESSIMUM; RADIX AUTEM JUSTORUM PROFICIET. — Perperam Boda, Lyranus et Complutenses pro munimentum legit monumentum, siue exponunt, q. d. Desiderant impi, gaudentque dum impi similes vident in hominum memoria, dumque eis splendida sepulera et monumenta erguntur. Perperam, inquit: nam *Hebreum 7. 20* metus significat arcem et munimentum, non monumentum; significat quoque rete et venationem. Unde R. Solomon veritas *venatio*, sic explicat, q. d. Impi maxime optant, ut illes vescantur, vitianique sustinent, que societas per fraudem et rapinam veniali fuerint. *Melius Chaldeus* veritas *descrit* impi *retia mali*; *Syrus*, *ad malum præstandum*, *Cajetanus*, *desiderium impum laqueos malorum*, q. d. Impi optat et querit modos, artes et cœlos, qui

bus quasi retibus justos illaqueat et perdat; at vero justi, Deo protegenti, illos evadent. « Radix enim justorum proficit; » *Syrus*, *germinabit*; *Chaldeus*, *permanebit*; *Tigurina* verit, qui *impeditatem* desiderat, malum venatur; *at radix justorum* *vera*; *Vatablus*, *optat impius rete malorum*, *est*, *optat sibi dari artes malorum vel munitionem et presidium malorum*, *qua* *zilicet* possit *tuto atius tondere* (1). Ille versio pta est et tacit, ad eamque Vulgata accommodari potest. Planior tamen Vulgata versio sensus est, q. d. Desiderant impi muniri et roborigi pessimos, ut eorum societas et robore se suamque impeditatem communiant et stabilunt contra viros principes pios et probos. Sic heretici unius urbis vel regni desiderant hereticos aliarum urbium et regorum roborigi, ac potiri victoria contra principes orthodoxos, ut per eos se suamque heresim stabilient, ac fidem orthodoxam cum principibus eam propaginibus possundent et eventant. At inassum laborant. Nam Deo impeditatis vindice fidem fidelesque suis prolegente, « radix justorum proficit, » ut scilicet justitia et justi firmiores agant radices, id est magis conformatur, roboretur, ac magis magisque crecent et proficiant; ex adverso impeditas cum impensis sensim infirmatur, decrescat et evanescat, ut nunc heresim decessere cernimus et gratulamur. Quocirca auctor *Catena Graecorum*, ex Septuaginta sic verit et explicat, desideria impiorum sunt *improba*, *at pitor radices* quasi *vallo cincta sunt ferme*. Et Paulus quoque Apostolus pietatem et charitatem radicem et fundamentum appellat: « In charitate, scribit, fundati et radicati. » Sunt autem ejusmodi in tuto collocauti, siquidem pietas ab omnibus adversitate liberat. Aut ob id certe istud dicitur, quia illorum sententia et cogitatio supra petram, que Christus est, fundati sunt: haec tenus auctor.

Rursum noster Salazar, Septuaginta ex Complutensiis et Romanis, sic ad verbum verit, *cupiditates impiorum male*; *radix autem justorum in munitionibus*. Idque triplex explicat: *Primo*, q. d. Impiorum cupiditates et studia robora mali, id est eadius et terrenis, affixa sunt, nihil sublimis et coeleste cogitant; contra vero radices justorum,

(1) Recensores Rossmullerus cum Vulgato, *impus* *concupiscent munitionem malorum hominum*, id est, desiderant impi, muniri et roborigi pessimos, ut eorum societas roborigi magis noceant, et magis sint formidabiles; *radice autem justorum dabit Deus*, id est, ubi impi frustra concupiscent asylum, abrupti informitorum turbine, illi justis erit radix firma, a Deo veluti alter impetus. *Umbribus*, *apparet improbus caputrum malorum*, studet improbus se invicem opprimere; sed *radicem justorum* *ad Deus*, radices agunt Deo favente p. De Vitte, *sed radix justorum fert fructus*. Maure, *apparet improbus præstidionem impiorum*, studet improbus *la præstidio esse improborum*, studet alter altero se defendere; *sed radix justorum prebet*, intellige præsidium, id est, sed quod improbi sibi invicem præstare nequeunt præsidium, probis præstat sua ipsorum stabilitas.

(2) *Rectius*, *sibi*.

Mystice S. Thomas, serm. *De deolet. S. Joannis Baptista*, hanc sententiam eidem adaptat, eamque quasi thema sermonis proponit: *Baptista, hodie decollatus ab Herode liberatus fuit a triplex angustia, scilicet carceris, corporis et*